

Accennando al corso degli studi, l'autore ci riferisce del zelo di Fra Felice quanto segue: «*Narrabat inter familiares, cum eos ad praesentes tolerandas angustias hilarius hortaretur iam cardinalis, se non semel... noctes ipsas libris commodatis lectitandis stantem ad lucernas quae publice in coenobio ardent in angulis vigilasse, iis nonnunquam absumpto oleo extinctis ad eas, quae in templis sanctissimae Eucharistiae praelucent, confugisse*».

Cap. V. «*Assisii disputator, Romae concionator et vulgo et principibus viris mire placet*».

Precisa descrizione della disputa di Assisi. «*Ex eo die Carpensis Montalti patricinium suscepit neque nisi vita deserente deposuit*». Carpi lo protesse contro l'invidia dei suoi compagni di Ordine, che si rivelò per la prima volta nel 1550. Le prediche a Camerino gli procurarono tale una fama, che gli abitanti di Belforte, dove egli fu di passaggio durante il viaggio, lo costrinsero, a predicare ivi tre volte. «*Sesium venit paucisque concionibus ita Picenum sui nominis fama complevit, ut in Romanas quoque aures incurreret*». Maggior risultato delle prediche in Roma. «*Maior expectatione visus Felix usque adeo, ut amplum quamvis SS. Apostolorum Romae templum confluentem multitudinem non caperet, quare pulpita circumquaque, ex quibus audiretur, exstructa*».

Cap. VI. «*Montalto cum Ghislerio Alexandrino iungendae familiaritatis occasio*».

...Mos erat Montalto, sive ex evangelii explicandi sive ex moris christiani formandi occasione catholicae veritatis effatis in loco orationem inspergere iamque mediam quadragesimam emensus feliciter tenebat cursum, cum concionem maxime meditati libellus apte complicatus obsignatusque a socio affertur illi inscriptus. Eum in ipso suggestu repertum a se socius affirmabat, dum quod diligentes solent concionatorum socii locum ante concionem lustrat. Credidit uterque litteras esse egeni alicuius egestati suae subsidium ab auditorum misericordia per codicillos postulantis prohibente verecundia ut assolet, ne manifestus recederet. Itaque ne resignatum quidem socio reddit iusso, ut qui mos est Italicis concionatoribus, post captam in media oratione quietem, inter libellos reliquos multitudini recitandos, hunc quoque redderet. Iam priorem orationis partem exegerat, cum oblatum libellum resignat ac tacitus, ut populo summam exponat, legere incipit. Prudentiae ac fortitudinis insigne opus fuit nihil eo perlecto conturbari. Vecors enim et stolidè impium scriptum erat; quotquot ad eam diem catholicae fidei dogmata Montaltus pro concione affirmarat, ordine collecta continebat singulisque id tantum addebat litteris grandioribus: Mentiris. Complicatum dissimulanter libellum, sed ita, ut consternationis manifestus multis esset, ad pectus demittit, orationemque brevi praecisam, paucis absolvit. Ubi in cubiculum se recepit, nihil prius quam socium ad fr. Michaellem Ghislerium, sacrorum in haeresim quaesitorum primum ministrum, cum libello ablegat. Quaque illum ratione tum reperisset tum ad se detulisset, narrare iubet. Nulla mora fuit. Ut erat Ghislerius in iis, quae ad christianae fidei tuendam integritatem pertinebant, ardentis animi,